Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



375
162

XXIIII

Mulierem fortem quis inueniet?
Procul: et de ultimis finibus pretium eius.
Confidit in ea cor uiri sui: et spolis non indigebit
Reddet ei bonum et non malum omnibus diebus
uite sue Quesiuit lanam et linum: et operata est
consilio manuum suarum Facta est qui nauis institoris
de longe portans panem suum de nocte surrexit:
deditque predam domesticis suis et cibaria ancillis
suis Considerauit agrum et emit eum: de fructu
manuum suarum plantauit uineam Accinxit fortitudine lumbos suos: et roborauit brachium suum
Gustauit et uidit quia bona est negociatio eius:
non extinguet in nocte lucerna eius Manum suam
misit ad fortia: et digiti eius adprehenderunt fusum Manum suam aperuit inopi: et palmas suas
extendit ad pauperem. Non timebit domui sue a
frigoribus niuis omnes enim domestici eius uestiti duplicibus Stragulatam uestem fecit sibi: byssus et purpura indumentum eius. Nobilis in portis
uir eius qui sederit cum senatoribus terre Lyndonem fecit et uendidit: et cingulum tradidit cananeo
Fortitudo et decor indumentum eius: et ridebit in
die nouissimo Os suum aperuit sapie: et lex clemencie in lingua eius Considerauit semitas domus

Epistola